

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.  
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quae luveni ... Joanni Philippo Herlino, L.L.  
Studiosissimo. A Moestissimis Cognatis atque Amicis ... decenter parabuntur.  
Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771234228>

Druck Freier  Zugang



Willebrandt, A.,  
in  
**J. P. Herlin.**

**Rost. 1660.**

44







PROGRAMMA

Quô

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

ALBERTUS Willebrandt / U. I. D.

Cod. Prof., & Ducal. Consist. Asessor,

AD

EXEQVIAS

Quæ

*Junonè probissimo, magnaquè expectationis*  
JOANNI PHILIPPO  
HERLINO,  
L. L. Studiosissimo.

A

Mœstissimis Cognatis atque  
Amicis.

Hodiernâ horâ primâ in Aede D. JACOBI  
decenter parabuntur.

Omnes omnium originum Ci-  
ves Academicos sedulò & peraman-  
ter invitât.

ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.

56.





RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
ALBERTUS Willebrand/U. J. D.



Non pauca jam pro dolor!  
tam brevi temporis spaciò fu-  
nera deduximus. Scilicet, *ut in*  
*pirò aut poma arbore (ut Lipsius*  
*Cent. 3. ad Belg. Ep. 5. scribit)*  
*cum undiq; fructu suo onusta est,*  
*alia confertim & impetu, alia se-*  
*orsim & singula, sed tamen assi-*  
*duè cadunt.* Sic in nostro hoc genere, aut densi aut  
singuli morimur, propriò vel communi aliquò fa-  
to. O misera sors vitæ nostræ! O deploranda mor-  
taliū conditio; qui parumper terrenarum rerum  
confortio conviventes, cum morte luctantur quo-  
libet momentò, & tandem sub ejus feralem pote-  
statem, præter spem ac opinionem deveniunt. Hæc  
quippe est hominum meta certissima, & neq; ad  
ictum oculi, prò arbitrio nostro renuenda. Quàm  
et iam,



etiam, inter tot Exempla, quæ quotidie Nobis proponuntur, declinare non valuit, Juvenis politicissimæ & egregiæq; indolis, JOANNES PHILIPPUS HERLINUS, qui per paucos annos in vitâ hâc quiescens, humanum cursum currere, ac tandem brevi desinere compulsus fuit; non aliter accymbis per præterfluentem vectis; qui immoti etiam moventur. Natus ille erat (uti hæc & sequentia, quæ ad vitam ejus obitumq; spectant, à Viro Experientissimo, Excellentissimoq; DN. CHRISTIANO OTFARO, Med. Doctore, & piè istius defuncti Avunculo, singulari scripto accepimus) in Pomeraniâ, ac Civitate Stetinensi A. D. 1642. die 12. Novembr. hora 2. matutinâ, ex honestissimâ, & antiquissimâ, tam paternâ quàm maternâ lineâ profapiâ, Pater illi fuit, Vir Nobilis & Pereximius, PHILIPPUS HERLINUS, Regiæ Majestatis Sueciæ rationum, olim Lipsiæ, Præfectus supremus. Mater fuit Nobilissima & omni Fœminei sexus virtute eminentissima, THEODORA JUSTINA Otfahrin / ex Nobili & vetustâ Otfarorum familiâ oriunda. Avus paternus illi fuit Vir Plurimum Reverendus & celebris, JOHANNES HERLINUS, Altenhovii, in Styriâ, quondam Ecclesiæ Præpositus meritissimus, & acerrimus Orthodoxæ Religionis, reformationis tempore propugnator. Avia paterna, Matrôna Nobilissima ELISABETHA Schlesserrin / ex familiâ Schiferorum in Austria,

Briâ, exorta, Avus Maternus fuit perquam Reve-  
rendus & celeberrimus Theologus, WENGE-  
LAUS OTFARUS, in Megapoli olim Illustrissimi  
Principis, ADOLPHI FRIDERICI p. m. (qui il-  
lum ex indultu beatissimæ memoriæ Serenissimi  
JOHANNIS GEORGII Electoris Saxonix, ex Su-  
periore Saxonîâ, in terram Megapolensium clemen-  
tissimè evocaverat) Superintendens meritissimus,  
& Vismariensium Ecclesiarum Pastor, inspectorq;  
supremus atq; spectatissimus. Avia Materna, Ma-  
trona Nobilissima, vitæq; integerrimæ fœmina,  
BARBARA FAUSTINA, ex Nobili & antiquâ  
familiâ Faustinatorum originem deducens, Præter  
hos beatè defuncti laudatissimos progenitores, lon-  
gius jam ascendere, & Majorum utriusq; stirpis per-  
antiquæ præclarum stemma amplius deducere, non  
necessarium esse judicamus. Cum longè melius ac  
dignius sit, suâ ipsius virtute inclarescere, & bonis  
probari, quàm multum ostentare suos Majores &  
illorum laudibus avitis meritisq; intumescere; quæ  
nostra propriè non sunt, juxta illud poëta:

*Nam genus & proavos & quæ non fecimus ipsi:*

*Vix ea nostra puto,*

Et quod defuncti laudatissimus Avus Maternus,  
olim Superintendens Mecklenburgicus, suis crebrò  
inculcare, illosq; virtutis propriæ admonere sæ-  
pius consueverat; vanum ducens pro more hujus  
seculi

seculi, funeralia repetere Majorum, & eorum manes  
solicitare; siquidem verissimū illud est quod quon-  
dam cecinit Poëta, neq; à sacrâ scripturâ alienum.

*Stemmata nil faciunt, nil prodest pontice longè  
Sanguine censeri, pictosq; ostendere vultus  
Majorum.*

Redeamus igitur ad nostrum pientissimè denatum,  
HERLINUM, qui ex honestissimis ac clarissi-  
mi- parentibus exordium nativitatis suæ auspicatus;  
per sacrum regenerationis lavacrum CHRISTO JESU  
renatus; à suis piis parentibus, dum adhuc in vivis  
essent, à teneris piè educatus, & per domesticos præ-  
ceptores optimè informatus; qui inquã, postquam  
per præmaturam mortem utroq; parente orbatus  
esset, traditus erat, sub inspectione admodū Reveren-  
di & Celebrissimi Viri, Dni. Doctoris FRIDLII,  
hoc tempore Superintendentis Stralsundensis,  
Scholæ illius loci, in quã etiam, bonarum literarum  
Principia & fundamenta, prò ratione ætatis lauda-  
biliter jecit, donec consiliò doctorum virorum,  
studiorum serius excolendorum causâ, ad hanc ce-  
leberrimam Academiam amandaretur. Sed acci-  
dit, proh dolor! ut vix pedem hic ponens, in acu-  
tam & malignam febrem, hoc tempore sat multos  
in unâ etiam domo periculosè atque lethaliter soe-  
pius corripientem inciderit. Ad quam profligandam,  
licet Dnn, Doctores Medici, omnem  
curam

cūram impenderint, nequicquam tamen, DEO di-  
sponente, efficere valuerunt. Cum autem piè mor-  
tuo omnia remedia frustra adhiberi videret, nihilq;  
aliud jam superesse, quàm vitæ ultimum termi-  
num animadverteret; præcipua cura ejus fuit, ut  
Servatori suo, per sacram synaxin uniretur; ad se vo-  
cato plurimum Reverendo Viro, Dn. NICOLAO  
RIDEMANNO, SS. Th. Licentiatō, Verbiq; DEI ad  
Aedem D. Mariæ Ministro, Tandem verò, cum  
nullum à rebus humanis auxilium sperare ac expe-  
ctare posset, ad unicum Salvatorem suum, CHRIS-  
TUM JESUM semet convertit, moxq; ardentissi-  
mâ devotione, & constantiâ, desideratissimi sui A-  
vunculi Dn. Doctoris CHRISTIANI OTFARI, hoc  
ultimum cordis refrigerium & solatium ex Psalmo  
73. desumptum sibiq; prælectum *Herr wenn ich  
nur dich habe / so frage ich nichts nach Himmel und Er-  
den / wenn mir auch gleich Leib und Seel verschmacht /  
so bistu doch allezeit meines Herzentrost /* arripiens, in  
hæc verbâ, cum summis suspiriis erupit: *Ach du  
bist meines Herzen Trost / Ach Herr sey du meines  
Herzen Trost / Ach Herr schließ du mich in die Wun-  
den dein / du bist allein / der einige Herzen Trost / und  
helffer mein.* Ad extremum inter tam religiosa vota,  
& flagrantissima ad DEUM effusa suspiria, die 18.  
Maij, circâ horam undecimam vespertinam, infrâ  
ætatis suæ duodevicesimum annum, piè & placidè  
expi-

e & Spirando, animam suam Christo Salvatori fidelis-  
simo tradidit, Corp9 verò suū examine, nobis hic re-  
liquit. Quod, uti diversorium pientissimæ animæ,  
hodiè dormitorio, in templô Jacobaô præparatô  
recondendū, ut honorificâ vestrâ præsentia, Vos Ci-  
ves Academiæ honoratissimi comitemini, est, quod  
amanter & sedulò expeto. Exhibete eximium hoc ac  
extremum favoris honorisq; documentum Juveni  
optimæ indolis, clarissimorum parentum ac ma-  
jorum, vestroq; commilitoni dilectissimo: Obse-  
crant vos afflictissimi cognati, ac amici. Imperat  
Vobis christiana Charitas. Monet Vos misera o-  
mnium nostrum conditio; monet eadem fors, quam  
& nos ipsi, cum illô sumus experturi. P. P. sub  
Sigillô Universitatis, die 27. Junii

A. D. 1660.

Conventus fiet in Templo Sanctissimæ  
Virginis, horâ primâ.














curam impenderint, nequico  
sponente, efficere valuerunt.  
tuo omnia remedia frustra ad  
aliud jam superesse, quàm  
num animadverteret; præcipi  
Servatori suo, per sacram syna  
cato plurimum Reverendo V  
RIDEMANNO, SS. Th. Licen  
Aedem D. Mariæ Ministro,  
nullum à rebus humanis auxi  
ctare posset, ad unicum Salvat  
STUM JESUM semet conver  
mâ devotione, & constantiâ,  
vunculi Dn. Doctoris CHRIS  
ultimum cordis refrigerium &  
73. desumptum sibi; præle  
nur dich habe / so frage ich nicht  
den / wenn mir auch gleich Leib  
so bistu doch allezeit meines Her  
hæc verbâ, cum summis suspi  
bist meines Herzen Trost / Ach  
Herzen Trost / Ach Herr schli  
den dein / du bist allein / der eini  
helfer mein. Ad extremum in  
& flagrantissima ad DEUM  
Maij, circa horam undecima  
ætatis suæ duodevicesimum a



the scale towards document

en, DEO di  
m piè mor  
ret, nihilq;  
um termi  
jus fuit, ut  
ur; ad se vo  
NICOLAO  
biqu; DEL ad  
verò, cum  
re ac expe  
n, CHRI  
ardentissi  
ssimi sui A  
FARI, hoc  
ex Psalmo  
er wenn ich  
mel und Er  
verschmacht/  
trapiens, in  
: Ach du  
du meines  
n die Wun  
Trost / und  
igiola vota,  
ria, die 18,  
tinam, infr  
è & placidè  
expi-